



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Methodvs Expeditæ Confessionis Tum pro Confessarijs, tum pro Pœnitentibus

Tamburini, Tommaso

Coloniæ Agrippinæ, 1657

Quando pœnitentia imponi debet, vel potest, par. 5

urn:nbn:de:hbz:466:1-41773

lum impetratio applicetur à pœnitente pro defunctis. Ratio principaliter est, quia tum illa voluntas applicandi opus dictum pro defunctis, est satisfactoria, & jam remanet pro pœnitente; tum maximè, quia licet à pœnitente tunc applicetur satisfactio talis operis, ex opere operantis, illis Sanctis animabus Purgatorii; tamen satisfactio ejusdem operis, elevati jam per Sacramentum ex opere operato; semper pro pœnitente remanebit: & sic numquam frustrabitur sua parte integrali, (quæ est satisfactio) tale susceptum Sacramentum.

§. 5.

Quando pœnitentia imponi potest.

17 **D**Ebet Pœnitentia imponi à confessario post
X § audita

audita peccata, sed vel ante, vel post absolutionem, dummodo moraliter cum ipsa jungatur. Consultius tamen videtur, ut juxta consuetudinem ritè communiter introductam, imponatur ante absolutionem, sed post exposita peccata.

C A P V T II.

De Pœnitentia solvenda à pœnitente.

§ 1.

An Pœnitens teneatur acceptare Pœnitentiam, acceptatamque solvere.

*a Suarez,
Coninch,
& alii su-
pra cit.*

Pœnitentiam sive medicinale, de qua non est dubium apud DD. si sive in satisfactione tenetur acceptare pœnitens, ratio est quia Confessor potest